„Nr. 12“

pastorum omnium pastorem precibus quibus valeo paternitatem vestram imploro ut hanc constitutionem auctoritatis nostrae ob divinae servitutis honorem, factam, ratam acceptamque habeatis, eamque ita conservetis et conservari inviolabiliter faciatis sicuti vultis a successoribus vestris pia vestra indissolubiliter conservari, quatenus, quod absit, non de convulsione aut subtractione, aut diminutione aliquem lapsum incurratis, sed magis de conservatione et superadditione liberalissimae pietatis vestrae praemium apud Deum adquiratis: verum si ad votum nostrum haec res cesserit, vestraque voluntas nostris humillimis petitionibus faverit, non solum michi qui hoc facere studui, sed et vobis a quibus constiterit observari plenissimam mercedem a Domino constat retribui.

„Nr. 15“

„Nr. 13“

omnium pastorum pastorem precibus quibus valeo paternitatem vestram imploro, ut hanc constitutionem auctoritatis nostrę ob divinę servitutis honorem factam, ratam, acceptamque habeatis, eamque ita conservetis, et conservari inviolabiliter faciatis, sicuti vultis a successoribus vestris, pia facta vestra indissolubiliter conservari, quatenus quod absit non de convulsione aut subtractione aut diminutione aliquem lapsum incurratis, sed magis de conservatione et superadditione liberalissimę pietatis vestrę premium apud dominum acquiratis. Verum si ad votum nostrum hec res cesserit, vestraque voluntas nostris humillimis peticionibus faverit, non solum mihi qui hoc facere studui, sed et vobis a quibus constiterit observari plenissimam mercedem a domino constat retribui. De qua re